UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

In Actione finium regundorum quid ab agente, & quid à reo ſit probandum.
2 *Poſſeſſoriũ iudiciũ dicitur, quãdo propter turbationes, & moleſtationes illatas agitur, et in eo agẽs debet poſſeſsionẽ probare.*
3 *Liber æſtimi fidem facit de poſſeſsione, & dominio: & an, & quomodo id ſit uerum. num. 16.*
4 *Vel ſaltem probat confinia, & terminos, & num. 16. & 18. ubi declaratur.*
5 *Confinia probatur per ſola indicia.*
6 *Dominium quomodo probetur.*
In antiquis facilius quid probatur, quàm in non antiquis.
Statutum loci determinandis confinibus per inſtrumenta intelligitur, quãdo plura, & diuerſa inſtrumẽta hinc inde extarent.

EPITOME.

De actione finium regundorum propter terminos amotos quòd non competat non poſſidenri, uel ei, qui non poſſedit, etiam ſi ſit dominus, nec poſt curſum temporis triginta, uel quadraginta annorum. Et quę in ea tàm ab actore, quàm à reo ſint ad uictoriam obtinendam probanda, hic agitur.

CONSILIVM. LXXVII.

Viſo proceſſu unà cũ atteſtationibus utriuſque partis in cauſa turbationis cõfinium pro parte do. Philippæ contra Ioannem, & litis conſortes de Lanzoniis mota, præſuppoſito fuiſſe in hoc caſu intentatam actionem finium regundorum, prout ex medio concludẽdi colligitur iuxta ea, quæ habentur in l. ſi quis. per ſcriben. C. finium regundorum. & per Specula. in tit. de iudiciis. §. ſequitur uidere. ubi in huiuſmodi actione ita concluditur, & ex medio cõcludẽdi colligitur actio, ſeu remedium intentatum ad tradita per Bar. in l. certi condictio. in princ. ff. ſi cer. peta. Primo uidendum eſt, an hæc actio ipſi do. Philippæ competierit. Secundo dato ſine præiudicio ueritatis, quòd hanc actionẽ intentare potuerit, an ipſius intẽtatio fuerit probata, & fundata, ut poſſit contra dictos de Lanzoniis obtinere. ¶Quoad primum concludendum eſſe arbitror, quòd hæc actio finium regundorum non potuerit per dominam Philippam intentari, quoniam, ut conſtat ex depoſitionibus teſtium tàm ipſius, quàm illorum de Lanzoniis, dicta do. Philippa, ac etiam auctores, ſeu anteceſſores illius, uidelicet Ioãnesbaptiſta, ſuique auctores, nunquam ultra lignolam appoſitam in petia terræ, de qua in proceſſu habetur, uerſus illos de Lanzoniis aliquid tenuerũt, uel poſſederũt, ergo occaſione petiolæ terræ, ſuper qua litigatur, q̃ aſſeritur ultra dictam lignolam occupata ab ipſis de Lanzoniis turbando, & amouendo fines, non potuit contra eos per dominam Philippam actio finium re
1 gundorum intentari, nam † illa actio, quæ datur etiã propter fines amotos, & turbatos, non datur ratione ſolius pprietatis ẽt domino, qui non poſſidet, aut nõ poſſedit, ut uoluit Bal. in d. l. ſiquis. C. finium regũdorum. in uerſi. & eſt iſta lex &c. quẽ ſequitur ẽt Alex. in Apoſtil. ad Bart. in l. ſed loci. §. ſed ſiquis. ff. finium regundorũ. Sed do. Philippa, & Ioannesbaptiſta, à quo ipſa cauſam habuit, dictam petiolam terrę occupatã, ut dicitur, per dictos de Lanzoniis ultra dictã lignolam nunquã poſſederũt, ergo ratione ſolius proprietatis non potuerunt contra illos de Lanzoniis dictã actionẽ mouere. Nec obſtat, ꝙ de poſſeſſione dictæ petiolæ terræ, ut aſſeritur, occupatæ, conſtat per duos teſtes, conteſtes uidelicet per Euãgeliſtã, & Philippũ filios, & hęredes quõdã Hieronymi, ut ex eorũ depo
2 ſitionibus apparet, quia reſpõdetur, ꝙ † licet uẽditor poſſit eſſe teſtis in iudicio finiũ regũdorũ inter duos emptores, qui ab eo emerunt, ut in l. eos. ff. fi. regun. tamẽ ĩter unũ emptorem, & alium extraneũ, qui cauſam ab ipſo uẽditore nõ habuit, teſtis eſſe nõ poteſt, ut in d. l. eos. cũ ibi not. non enim poteſt quis eſſe teſtis in cauſa ſua, uel quæ per indirectũ ſua eſſe poteſt ratione euictionis, ut eſt uẽditor, qui emptori de euictione tenetur. gl. & docto. in l. nullus. ff. de teſtibus. & in l. omnibus. C. eod. tit. Secũdo reſpõdetur ex mẽte Bar. in d. l. eos, ꝙ uenditor ẽt non poteſt eſſe teſtis ĩ cauſa finium regũdorũ inter duos emptores, qui cau
3 ſam ab ipſo uẽditore habuerũt: & † licet tex. ĩ d. l. eos uelle uideatur, ſtari debere demõſtrationi finiũ, quã uẽditor fecerit, tñ debet intelligi, dũmodo uenditor per alios teſtes probet tales fines eſſe ueros, & ſic ille tex. debet intelligi de alia demonſtratione, quam intelligat glo. ibi, uidelicet de demonſtratione finium, quam uẽditor liquidè per alios teſtes facit, ut ibi per Bart. ergo infertur, quòd dicti Euangeliſta, & Philippus, qui fuerunt filii, & hæredes Hieronymi uenditoris, nõ ſunt in cauſa huiuſmodi teſtes idonei, tũ quia ipſi ſunt, qui do. Philippæ de euictione tenerẽtur, & ſic de ſe releuãdo dicuntur agere, ut in d. l. omnib. & in d. l. nullus. per glo. & doct. qui etiã in indiuiduo in caſu noſtro ita declarãt, tũ quia & ſi ĩter duos emptores cauſam à dicto Hieronymo habẽtes ĩ cauſa finiũ regũdorũ teſtes eſſe potuiſſent, nõ tamẽ in caſu, quo huiuſmodi cauſa eſſet inter emptorem, qui ab ipſo Hieronymo emiſſet, & aliũ extraneũ, ut ſupra, tũ ẽt
4 quia † licet ipſi uẽditori fortè permiſſum eſſet, ut is in cauſa finium regundorũ teſtis eſſe poſſet, & demonſtrationi cõfinium per eum factæ ſtari deberet, ut in d. l. eos. non tamẽ probatur ibi ſtãdum eſſe dicto, ſeu demonſtrationi hæredũ uẽditoris: inter hos. n. diuerſa eſt ratio, nã ſtari poſſet dicto & demõſtrationi uẽditoris, q̃ ſcire potuit, & ueriſimiliter præſumitur ſciuiſſe illos cõfines, qui tẽpore uenditionis erãt, ut probatur in d. l. eos. q̃ ratio ceſſat in filiis hæredibus, qui patri uenditori ſucceſſerunt, nã ueriſimiliter factum defuncti ſcire nõ præſumuntur. l. q̃ in alterius. ff. de regul. iuris. & argu. erum, quæ habentur. in l. qui Romæ. §. duo fratres. per Bar. & alios. ff. de uerb. obligat. Ex prædictis itaq; infertur, ꝙ reiectis depoſitionibus dictorum Euangeliſtæ, & Philippi, liquidò cõſtat nõ apparere, nec probatam eſſe poſſeſſionẽ dictæ dom. Philippæ, & Ioann. Baptiſtæ eius auctoris. ¶Secundo principaliter, ꝙ do. Philippa non potuerit hac actione finium regundorũ agere, nec illam cõtra reos cõ
5 uentos in effectu mouere, demonſtratur, nam † & ſi actio finium regundorum, non tollatur præſcriptione longi tẽporis decem, uel uiginti annorũ, quoniã ille, qui partem terræ amouendo terminos occupat, nõ dicitur titulũ habere, ad tradita per Paul. de Caſt. in l. fin. in fi. uer. C. fin. regun. tamen ea tollitur, & p̃ſcribitur ſpatio triginta, uel quadraginta annorũ etiã ſecundum ius canonicũ, ut eſt tex. in c. ex literis. de
6 probatio. † quę præſcriptio procedit ſine titulo, & de iure ciuili cum mala fide, ut in l. ſicut. & in l. ſi quis emptionis. C. de pręſcrip. triginta annorum; ſed de iure canonico, quod eſt in utroque foro ſeruandũ, cũ bona fide ſecundum aliquos doct. & fortè magis cõmuniter. ut in c. fi. ibique plenè habetur extra de præſ
7 ſcri. & in d. c. ex literis: & † ĩ dubio quis bona, nõ autẽ in mala fide præſumitur, ut latè habetur per Abb. & alios in c. ſi diligẽti. ubi gl. extra de præſcrip. cũ ſimilibus ibi allegatis. Sed præfati de Lanzoniis rei cõuẽti eorumq; anteceſſores, uidelicet pater, & auus eo mõ, quo nũc poſſident, & quatenus poſſidẽt uſq; ad locũ dictę lignolę, q̃ eſt loco finiũ, & terminorũ ĩter ipſos, & dictã dominã Philippã, ſemper tenuerunt, & poſſederũt nõ ſolũ per decẽ, & uiginti, ſed etiam per triginta, & quadraginta annos, & ultra, ut ſatis liqui-

liquidè probatū fuit per plures teſtes pro parte illorū de Lanzoniis examinatos, ergo per curſum tāti tēporis dicta actio fuit ſublata, nā præſcriptio huius actionis, ut declarāt Bald. & alii. in l. fin. C. fi. regun. incipit currere à tēpore, quo occupatio terrę, ac turbatio, & amotio finiū, & terminorū facta fuit, & ī caſu noſtro talis occupatio, ſeu amotio, & turbatio nō pōt dici facta ab illis de Lāzoniis ab annis 30. citra, cū ipſi & ante illud tēpus ſemper cū bona fide dictā petiam terræ poſſederint eo mō, & eatenus, quo, & quatenus nunc eā poſſidēt, uidelicet uſque ad locum dictę lignolæ. ¶ Præterea, & tertio probatū fuit, q̄ Ioan. Baptiſta auctor dominæ Philippæ fuit ille, q̄ dictā lignolā fieri fecit ꝓ cōfinibus, & terminis īter ipſum, & illos de Lanzoniis, ueluti ex depoſitione examinatorū pro parte reorū clarè conſtat, & maximè ex dicto primi, tertii, & quarti teſtis, ergo domina Philippa, nō potuit ex facto Ioan. Baptiſtæ cōtra illos de Lāzoniis agere, quo-
8 niā† ita demum ex turbatione, & amotione terminorum poteſt cōtra uicinum agi, quando uicinus fuit ille, q̄ terminos habuit, & amouit, ut habetur in d. l. ſi quis. & in d. l. fin. ibiq́ue Bal. & alii poſt Paul. de Caſtr. Præterea Ioan. Baptiſta faciendo dictam lignolā pro termino, uel ſaltē poſt, & ante factam lignolā ex quo ipſe ultra dictam lignolam nō poſſedit, & paſſus fuit dictos de Lanzoniis uſque ad eam tenuiſſe, & poſſediſſe, ſic faciendo, & patiendo ſibi præiudicaſſe dici-
9 tur, nam† quamuis de iure, & ſecūdū ueritatem alia deberet eſſe poſitio terminorum, attenta antiquitate terminorū, tamē ſi dominus ipſe illos mutauit ad præiudiciū ſuum, uel ſucceſſorū, ſtari debet nouæ terminorū poſitioni, & occaſione talis mutationis, & amotionis nō pōt actione finiū regundorū agi, quia dominus poteſt ad pręiudicium ſui, & ſuorū ſucceſſorum terminos amouere, & mutare, ut eſt tex. in l. 1. & 2. cū ibi not. C. fi. regun. & l. infinalibus. & d. l. eos. ff. codē titu. Ex prædictis itaque concludendū eſt actionem intentatam finiū regundorum non potuiſſe dominæ Philippæ cōtra dictos de Lanzoniis cōpetere. ¶ Verū poſito, non tamen conceſſio, dictam actionē potuiſſe dominæ Philippæ contra reos conuētos cōpetere, utrum ipſa intentionem ſuam ita probauerit, & fundauerit, quòd potuerit, & debuerit contra eos obtinere, ut in ſecundo dubio ſupra fuit propoſitum omiſſis argumentationibus, quæ hinc inde fieri poſſent cōcludendo dico, quòd non, & ideò ipſa debuit ſuccumbere, & rei conuenti erant abſoluendi argumento. l. qui accuſare. C. de eden. & c. unico. ut eccleſia. benefi. Videamus ergo, quæ erāt à domina Philip
10 pa probāda, nam † primo, prout in libello propoſitū fuit probandum erat, quòd termini per illos de Lanzoniis fuerint amoti, ſeu turbati, & quòd ipſi partem dictę petię terræ ultra lignolam occupauerint, ut in d. l. ſi quis. C. finium regundorum, & eſt text. in d. c. ex literis. de probatio. ubi concluditur in hoc iudicio finium regundorum utranque partem eſſe actricem, & eſſe ream, ut in l. iudicium. ff. fin. regundo. & ideò utrāq; partem teneri ad probandum ſibi incūbentia, & ad inſtruendum iudicem, nā ille, qui primo libellū propoſuit, debet probare terminos fuiſſe amotos, ſeu turbatos, & partē aduerſam occupaſſe de terra, & ſolo ipſius, alia uerò pars ad excludēdum intētionē, & petitionē agētis probare debet, ſe nihil amouiſſe, nec occupaſſe, & per ſpatiū lōgiſſimi tēporis triginta annorū poſſediſſe eo modo, & quatenus de pręſenti tempore motæ cōtrouerſiæ poſſidebat, quia ſic ꝓbādo dicitur probare præſcriptionē longiſſimi tēporis, & cōſequenter actor, hoc eſt, qui primo litē mouit, excludit, & ſuccūbere debet, & ſi probationes utriuſque partis ſint pares, & conſequenter ex hoc dubiæ

reddātur, ad fauorē rei conuenti pronunciandū … ut ibi eſt tex. not. & doct. oēs. Sed domina Philipp… probauit terminos fuiſſe amotos, nec turbatos, … mutatos, nec aduerſarios aliquid ultra ueros ter… nos, ſeu ultra lignolā occupaſſe, immò ſup his pro… tiones reorum ſunt ualidiores in probādo ſe per … giſſimum tēpus uſq; ad dictā lignolā poſſediſſe, … gnolā fuiſſe factā per Ioannem Baptiſtā auctor… minę Philippæ, ergo neceſſario dicendū eſt, ipſo… Lanzoniis reos cōuentos debuiſſe, ac debere in … iudicio obtinere. ¶ Præterea domina Philippa, q… mo controuerſiā mouit, debuit probare ſe, uel a… res ſuos poſſediſſe ultra lignolā, & ſic illā partē … quā aſſerit fuiſſe ab illis de Lāzoniis occupatā, … xi in princ. nixus auctoritate Bal. & Alex. in locis … allegatis, & cū hoc non fecerit, ueluti dictū fuit …
11 mo dubio, debuit ſuccūbere, † quia actio finiū … dorum, quādo intētatur propter terminos tur… & amotos, nō datur etiā domino, niſi ipſe po… ſeu poſſederit, & hoc probare debet, ad tradit…
12 & Alexan. in dictis locis. Quod ſuadetur, nam … do agitur propter turbationes, & moleſtation… tas, tunc illud iudicium cēſetur poſſeſſorium, … agens debet poſſeſſionem probare, ut in d. c. … ris, & melius. in c. licet cauſam de probatio. … Barto. in §. hoc interdictum cum ſequent. & … cum ibi not. per Barto. ff. uti poſſide. ¶ Ne… quòd domina Philippa dicatur probaſſe ſu… ſionem, item turbationem, & occupationē … tem per duos teſtes, uidelicet per Euangel… Philippum filios, & hęredes Hieronymi. Qu… nius ſupra in primo dubio dictum fuit illi nō … ſtes ſufficientes, nec eis fides aliqua eſt adhib… alij teſtes dominæ Philippæ nihil de poſſeſſio… ultra lignolā, & cōſequēter nihil de occupatio… cuius partis terræ probāt, neq; cōcludunt. Immo … ex dictis teſtiū pro parte illorū de Lāzoniis tam … torū apparet, probatū fuit, terminos non fuiſſe … tos, nec amotos, & nihil terræ fuiſſe per illos de … zoniis occupatū, & cū illi ſint teſtes reorum, pr… di ſunt teſtibus actricis, cū clarius probent, qua… ſtes ipſius actricis, ut in d. c. ex literis. ibiq; doct… muniter. ¶ Nec aduerſatur dictis de Lāzoniis, … domina Philippa dicatur probaſſe ſuam inten… uidelicet poſſeſſionem, & dominium, & co… ter turbationem terminorum, & occupatio… los de Lanzoniis factam per librum ęſtimi, … taſtrum ciuitatis Fauentiæ factum de anno …
13 proceſſu apparet, qui liber æſtimi, † ſeu ca… dem de dominio, & de poſſeſſione facit, … ex iis, quæ habētur ꝑ Barto. in l. rura. C. de om… deſer. lib. 11. & latè per do. Barth. Soci. præcep…
14 meū in cōſi. ſuo 205. lib. 2. & † ſaltem liber æſtimi … cataſtri probat confinia, & terminos, quando … ſcriptus per notarium publicum auctoritate p… ad ſcribēdum electum, prout factum fuit in ca… ſtro, ueluti ex proceſſu apparet, ut colligitur ex … uoluit Bar. in l. quædam §. nummularios. ff. de … Alexan. in conſi. 135. uol. 2. in ulti. col. & in cō…
15 eodem uol. nam † confinia probātur per ſola … d. c. cum cauſam de probatio. glo. in c. ſi papa … probata de priuil. in 6. Bal. & Paul. de Caſt. in l. … quis. C. de iure delib. Bal. in cōſ. 352. incip. uerb… cipis lib. 3. & Alex. in cōſ. 88. in 4. col. & in cōſi. …
16 uol. 5. cū ſimilibus. Quia reſpondetur primo, q… uis liber, æſtimi qualem qualem faciat fidem … cium, non tamē probat dominiū, nec poſſeſſio… gulariter, ut uolūt Bal. & docto. cōmuniter p… in l. ſi pater. ff. de actio. emptio. Bal. poſt Cyn. … nibus. & in l. indicia. C. de rei uendicat. Lanfr…

quon…

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

quoniam contra.in uer.teſtes.de probatio. & fuit de mẽte Bal.in l.ſi maior.C.commu. diuidun. qui dixit, dominium,& diuiſionem probari, quãdo probatur, ꝙ quis ſubiit onera prædii,& ex illo fructus percepit, nam ex perceptione fructuum, & cõſequenter ex poſ ſeſſione,quæ ita probatur,iuxta tex. cum ibi not. per Bald.& alios in l.ſiquis.C.finium regundorum. & ex eo,ꝙ ſubiit,& ſoluit onera rei,dominium dicitur ꝓbari,ergo ex ſolo libro æſtimi abſq; ꝓbatione poſſeſſionis dominium rei probari non dicetur. Secundo dico,ꝙ fortè per llbrum æſtimi antiquum, & in antiquis dominium,& poſſeſſio probari poteſt,ut in d.c. cũ cãm.& per Soc.in d.conſi.205.qui in hoc caſu conſuluit,ſed nos non ſumus in antiquis,nec liber ęſtimi eſt antiquus,quia factus fuit de anno 1519.iuxta not. in c.1.in fi.de præſcript.in 6.ergo ex cataſtro,ſeu ex libro æſtimi intentio do.Philippæ nõ dicetur fundata, nec probata circa dominiũ,nec circa poſſeſſionẽ, & minus circa uſurpationem,& occupationẽ illius partis terræ ultra lignolam, quia ſic non probatur uſurpatio,& occupatio rei, ſed plenè, & legitimè per plenas probationes,iuxta c.cum ad ſedem.de reſtit. ſpol. l.ſi quando.C.unde ui.& c.fin.quod met.cau.cũ ſimilibus. nam † facilius quid probatur in antiquis, puta ẽt per ſolã famam publicã, & per alios modos, ꝗbus aliàs plena probatio fieri non ſolet, quã in nõ antiꝗs, ut eſt tex.ĩ d.c.cũ cãm.ubi plenè de materia habetur.

18 Præterea † & ſi per librum æſtimi poſſint probari cõfinia,ut ſupra,non tamẽ poteſt per illum probari,terminos fuiſſe,& eſſe poſitos in certo loco, ſeu in certa parte terrę magis,quam in alia,nec ẽt aliquẽ occupaſſe,ut ſupra dictum eſt,nã ſolũ liber ęſtimi antiquus,& in antiquis aliquã fidẽ facit.d.c.cũ cãm.& in locis ſupra allegatis,& ad ꝓpoſitũ poſſem infinita allegare, q̃ plene cumulat Lud.Bologni.in ſuo conſi.4. ¶ Nõ obſtat ẽt quoddã ſtatutum ciuitatis Fauentiæ,quo diſpoſitũ eſt,ꝙ qñ eſt quæſtio finium,& terminorũ, illa debeat decidi ex inſtrumentis loquentibus de finibus, & terminis illis,& in imponendis, & terminandis cõfinibus inter quoſcunq; uicinos ſtãdum ſit inſtrumẽtis,alioquin ſi inſtrumenta non extarent, tunc ꝗ̃ſtio cõfinium per duos uiciniores terminari debeat; quia reſpondetur,ꝙ ſtatutum habet duo capita, primũ de terminandis confinibus per inſtrumenta,aliud de terminandis illis per duos uiciniores bonæ cõditionis, & famæ. In primo aũt capite ſtatuti nos non ſumus, 9 qm̃ † illud loquitur,& habet locũ,quando extarẽt inſtrumẽta hincinde,& ſic plura, & diuerſa, ex antiꝗoribus enim confines terminari deberent, nã cum ſtatutũ pluraliter de inſtrumẽtis loquatur,debet intelligi,quando plura,& diuerſa extarent inſtrumẽta.l.ubi numerus.ff.de teſtibus.& l.fin.ff.ad trebel. & cum ſtatutum dicat cõfines debere prius terminari ex inſtrumentis,& antiquiora præualere,innuit extare plura, & diuerſa diuerſimode loquentia,quia cõparatiuum præſupponit poſitiuum.l.ubi aũt non apparet. cũ ibi not.ff.de uerb.obliga. Sed in caſu noſtro extat ſolum unum inſtrumentũ ex parte do.Philippæ, & nõ aliud ex parte eorum,ergo ſtatutũ in primo capite non poteſt locum in caſu noſtro habere. Vnde dicendũ eſt, ꝙ aut ſumus in caſu ſecundi capitis, in quo ſtatutum uult quæſtionẽ confiniũ debere decidi per duos uiciniores bonæ conditionis,& famæ, & tunc qm̃ ſtatutũ in hoc capite non fuit à iudice ſeruatum,prout ſeruari debuit,ſententia dicitur iniuſta,& iniqua,& ideò in cauſa appellationis eſt reuocanda,& annullanda, ſeu corrigenda,aut nos ſumus extra diſpoſitionem ſtatuti,& conſequenter in diſpoſitione iuris cõis, iuxta l. cõmodiſſimè.ff.de liber.& poſthu.& tunc ẽt domina Philippa omnino ſuccumbere debebit, ut ex p̃dictis pleniſſimè cõſtat,& ideò ad iudicẽ appellationis ſpectat pronũciare benè, & iuſtè fuiſſe ꝓ parte illorũ de Lanzonis appellatũ,& malè,ac ĩiuſtè fuiſſe per do. iudicẽ à quo ad fauorẽ do.Philippę iudicatũ. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Verbis inſtrumenti eſt ſtandum.*
2 *Emptor contra occupatorẽ rei uenditæ poteſt ad illius recuperationem agere rei uendicatione,uel publiciana, uel actione finium regundorum.*
3 *Emptor dicitur eſſe procurator in rem ſuam.*
4 *Et poteſt intentare actiones ceſſas contra illos,contra quos ipſe uẽditor poterat.*
5 *Et habet utiles actiones, ac etiam actionem finium regundorum.*
6 *Actio finium regundorum diuturno ſpatio præſcribitur, & quanto tempore.nu.13.*
7 *Termini antiqui per actionem finium regundorum nõ ſunt amouendi,ſed eſt illis ſtandum:& quando id ſit uerum,& quando ſecus.nu.14.*
8 *Per actionem finium regundorum ſuppletur id, quod quis minus habet,& termini apponuntur,nõ obſtante priori terminorum inuentione,& quomodo id fiat.*
9 *Et per eam à poſſeſſore iniuſtè rem,ſeu partem detinente uendicatur id,quod iniuſtè detinetur, dummodo per triginta annos is non poſſederit.& nu.15.*
10 *Et illa contra occupatorem etiam partis alterius datur;ut dimittat id,quod de parte alterius,eo ignorante, occupauit.*
11 *Præſcriptio nulla etiam mille annorum cum mala fide procedit.*
12 *Præſcriptio quãdo ultra bonã fidem ẽt iuſtum titulum requirat.*
16 *Cõmunia bona non poſſunt dici eße unius,nec ab uno tantum poſſideri,ſed ab omnibus ſimul pro indiuiſo.*
17 *Teſtis falſitas in uno commiſſa,reddit totum illius dictum falſum.*
18 *Actio ex empto contra uenditorem, & actio finium regundorum contra occupatorem rei uenditæ poteſt per emptorẽ ſimul in eodem libello cumulari,ut ſuper utraque pronuncietur.*
19 *Actio principalis,& actio acceſſoria in eodem libello, & eodẽ tẽpore poſſunt cumulari,et quãdo,et quomodo,ſed nõ in diuerſis.*
20 *Actionum cumulatio,parte non opponẽte, procedit ẽt in caſibus, in quibus aliàs impediretur.*
21 *Actionum cumulatio quando impediatur.*
22 *Venditor,qui iurauit rem tradere,ſi res tradenda in rerum natura reperiatur,ut poſſit tradi,pręciſè cogitur tradere.*
23 *Iuramentum obligat præciſè ad factum.*

EPITOME.

Actionem finium regundorum cõpetere emptori contra occupatorem rei uenditæ, ſeu partis illius,ad eam recuperandum, terminoſq; apponendum, etiã ſi aliqui termini in aliquo loco dictæ rei reperirẽtur, & eundem emptorem ſimul, eodemq; tẽpore in eodem libello poſſe contra uẽditorem actione ex empto ad rem tradendum,& contra occupantem rẽ uẽditam actione finium regundorum ad illam relaxandum agere, ut ſuper utraque actione ſententia feratur, hic demonſtratur.

CASVS CONSILII.

MARCVS *de Gottis ex vnà,& Hieronymus, ac Ioannes fratres, & filij quondam Stephani de Gottis ex fratre nepotes dicti Marci ex altera habentes inter ſe plura bona cõia, de anno 1532.ad illorum diuiſionem deuenerũt, & inter alia bona cõia extabat quædam petia terræ tornaturarum decẽ,uel circa poſita in loco dicto la cochella,quæ pro parte dimidia uerſus Septentrionem data, & aßignata fuit Marco,& pro alia dimidia uerſus Meridiẽ, & ſic à parte ſuperiori iuxta illos de Luparis data, & aßignata fuit dictis Hieronimo,et Ioanni fratribus,ac nepotibus,ut ſupra,cum pactis,& clauſulis in huiuſmodi diuiſionibus apponi ſolitis,& quælibet pars dictorum cõtrahẽtiũ dictas partes,& maximè partes dictæ petiæ*

terræ

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN